

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG\\_0014](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0014)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

do etiam bifidum; ejus oræ parum videntur sinuosæ, paucis parvisque venis ab utraque protuberantes parte, per medium vero sulcata sunt folia, brevibusque insident petiolis crassis alternatim posita, plerumque sordide virent, rugosa sunt, maculata, & exesa.

Flores huc usque ignoti sunt: Fructus in uno altero loco solitarius ramis insidet sessilis, Cerasorum magnitudine, profundo calice inclusus, in latum desinens caput: Baccæ hæ plerumque virent, tenuibus albicantibus pilis instar serici obductæ, quæ demum nigrescunt, & intus continent octo oblonga humidaque officula nigris pelliculis inclusa, in orbem posita: Si arbor pedis crassitiem habet, jam fructus producit, si cortex incidatur, intus flavescit. Ejus lignum internum est album, nec nigris venulis multum distinctum, parvum gerens nigrum cor, quod vix in junioribus observatur arboribus, nec adeo solidum ac durabile est ac præcedentis.

*Nomen.* Latine *Arbor nigra latifolia*. Malaise *Caju Itam daun Besaer*. Amboinice *Aymetten Lou Yla*.

*Usus.* Hæc species in juniore plerumque cæditur estate, antequam cor nigrum gerat, ad claustra & portes adhibetur; ædibus autem non ita infervit, quum ejus lignum non ita durabile sit ac præcedentium, nec ad tecta multum etiam hæc ligna adhibentur, quum nimis gravia sint.

### Tabulæ Quartæ Figura prima

Exhibit ramum arboris nigrae maculosæ, quæ *Aymetten Paleku* incolis vocatur:

Ubi Litt. A. ejus fructum.

B.B. Ejus officula feminalia demonstrant.

### Figura Secunda

Ramum exhibit arboris, quæ *Arbor nigra angustifolia Rumphio*, *Caju Arang Utan* vero incolis dicitur.

### Tabula Quinta

Ramum exhibit arboris, quæ *Arbor nigra Parvifolia Rumphio*, *Aymetten* vero daun *Kitsjil* incolis vocatur.

## O B S E R V A T I O.

Hæc species sub nomine *Ebenorum Spuriarum* apud Valent. p. 223. commemorantur.

## C A P U T Q U I N T U M.

### Hebenaster. Lolin.

**L**olin adfinis quoque est Ebeno, præsertim Latinolæ seu Bancasensi respondens, cuius truncus itidem est rectus, altus, & vastissimus, non rotundus, sed angulosus instar Lansii seu Nessat. Ejus cortex est tenuis, durus, externe nigricans, per longitudinem fissus, rugosus admodum, interne siccus & rubens. Ejus folia sunt oblonga, illisque Salissæ addicunt, sed sunt minora, novem, decem, vel undecim pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, inferius sensim angustata, brevi crassoque petiolo insidentia, paucis ac tenuibus venis pertexta, quæ oblique admodum decurrent, superiore vero parte hæc folia intense virent & glabra sunt, inferiore albicantia, prope nervum medium tenuissimis & albicantibus pilis hirta instar serici, qui ad ramulorum extrellum itidem observantur, alternatim autem locata sunt folia.

Flos constat ex calice quadripetallo raro pentapetallo, qui intus repletus est plurimis tenuissimis ac brevibus filamentis seu staminulis, in quorum medio capitulum conspicitur rotundum instar pomi, quod in fructum excrescit, qui primo obductus est lanugine albicante instar serici, & apice ornatus est. Fructus hic maturus est pomum ingens, maximum Limonem

en de randen schynen wat bogtig, met weinige en kleeneaderen ter wederzyde uitbuylende, in de midden met een vooren, op korte dikke steeltjes verwisselt tegens malkander staande; zy zyn meest vuyl-groen, ruig, gevlekt, en uitgevreten.

Het bloeizel is nog onbekent. De vruchten staan hier en daar enkelt, en zonder steelen aan de takken, in de grootte van kerfzen, in diepe kelken en met een breet bocht. De besien zyn gemeenlyk groen, met fyne witte haairtjes als zyde bekleet, en ten laaste wordenze swart, en bebden van binnen agt lankwerpige vogtige korrels in swarte vliessens beflooten, en in een kring staande. De boom in de dikte van een been draagt al vruchten, als men in de schorffje kapt, zo isse geel van binnen. Het bout is wit van binnen, zonder merkelyke swarte adertjes, met een kleen swart bert, 't welk men in de jonge boomen schier niet en ziet, en is zo vast en durabel niet dan het voor-gaande.

Naam. In 't Latyn *Arbor nigra latifolia*. Maleys Caju Itam daun Besaer. Ambons Aymetten Lou Yla.

Gebruik. Deze soorte werd meest jong gekapt, eerze een swart bert gewint, tot pallijsaden en staken. Maar inden buishouw isse zo durabel niet als de voorgaande, tot boven-gebouwen werdenze beide weinig gebruikt, om dat ze te zwar zyn.

### De eerste Figuur van de vierde Plaat.

Vertoont een Tak van de gespekkelde Swart-boom, die *Aymette Paleku* by de Inlanders genaamt wert. Alwaar Lett. A. deszelfs vrucht.

B.B. De Zaat-korrels daar van aanwyzen.

### De tweede Figuur

Vertoont een Tak van een Boom, die van RUMPHIUS de naauwbladige Swarte-boom, en *Caju Arang Utan* by de Inlanders genaamt wert.

### De vyfde Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, die de kleinbladige Fwar-te-boom van RUMPHIUS, en *Aymetten daun Kitsjil* van de Inlanders genaamt is.

## A A N M E R K I N G.

Decze soorten werden by Valentyn onder de naam van Bastaart Ebbens-boomen op pag. 223. voorgeftelt.

## V. H O O F T S T U K.

### Bastaart Ebbenhout.

**L**olin is mede uit de maagschap van Ebbenhout, insonderheid met de breedbladige of Bancade overeenkomende, zynde den stam insgelyks regt, boog, en magtig dik, niet rond, maar hoekig, gelyk den Lanceboom of Nessat: De schorffje is dun, bard, van buiten swartagtig, in de lengte gespleten, en zeer ruig, van binnen droog en roodagtig: de bladeren zyn langwerpig, en gelyken die van Salissa, dog zyn kleender, 9. 10. en 11 duimen lang, 3 en 3½ breed, na agteren allengskens toesmallende, op een korten dikken steel, met weinige en dunne adertjes, zeer schuins loopende, doortogen, boven boog-groen, glad, en beneden witagtig, en by de middel-ribbe zeer fyne en witte haairtjes bebbende, als zyde, derwelke men ook ziet aan 't uiterste der ryskens, en zy staan verwisselt tegens malkander over.

De bloem bestaat uit een vierbladig of zelden vyfbladig kelkje, binnen wytgevult met vele fyne korte draatjes, en in de midden met een rond knopje of appeltje, waar uit de vrucht werdt, in 't eerste bekleet met een witte wolgatigheid, als zyde, en een spitzje boven op. De vrucht is een groote appel, de grootste Limo Niger overtreffen, uit den ronden wat gedrukt als een kleen kaasken, met

nigrum superans, ex rotundo parum compressus instar minoris casei, & supra umbilicatus, in quo brevis apex locatus est, prope pedunculum pentapetala conspicitur coronula arcte pomo adcumbens, ut in Mangostanæ fructu, qua arcte ramulis adnectitur. Pomum hoc inmaturum est viride, dicta lanugine obductum, maturum vero glabrum est, æquale, & luteum, pallidius pomis Aurantii, sub exteriore pellicula vitellina & mucosa locatur caro, aciduli saporis, farnosæ substantiæ. In medullæ centro plerumque septem, aliquando octo & novem officula vel nuclei instar Amygdalorum, reniformes vel semilunam fere repræsentantes, in orbem sibi adcumbunt. Nuclei hi putamen gerunt late purpureum, tenue, sed durissimum, quod dentibus confringi nequit, sed dissecandum est, in hoc durus & osseus locatur nucleus, adeo arcte putamini adcumbens, ut separari nequeat, qui fatue dulcis est instar siccæ Calappæ medullæ, vel quod melius instar nuclei fructus Nipæ, semimaturus enim glacialis quoque est, perque ejus medium sulcus transit longitudinalis.

Exterius trunci lignum est album, solidum, & durum, tenuibus constans fibris, ac ponderosum fere instar Ebeni: Aliquando autem penitus album est & concolor, aliquando autem venuis nigris talibusque maculis distinctum, aliquando rufum, & in late purpureum tendens colorem: Hujus enim ligni binæ inveniuntur species. Prima lignum gerit albicans, quod, uti dictum fuit, ad late purpureum adcedit, cor leviter fuscum gerens. Alterius speciei lignum quoque album est sed ejus cor nigricat, quod in junioribus arboribus tres quatuorve digitos latum est. In vetustissimis vero & crassis truncis crus crassum est & ultra, substantia ejus non multum ab Ebeno differt. Nigrum hoc cor non semper per medium trunci transit, neque rotundum est, sed hinc inde sinuosum, angulosum, & ad unam inclinans partem, in uno saepe eodemque ligno bini saepe colores ac diversa conspicitur substantia. Exterius enim instar corticis nigrum est ut in Ebeno, interius vero cinereum magis est ac fuscum, & mollius: Si truncus transversaliter dissecatur, murum visu est hoc nigrum cor, quod sepe obfert forma angulosæ maculæ in albo ligno: Si arbor sit vetustissima, ejus cor saepe adeo nigricat, ut pro vero habetur Ebeno, sed prope oras semper pallidum est ad viridem adcedens colorem.

In Boreali Ceramæ plaga in Hatuensi sinu hoc lignum saepe tam crassum fuit observatum, ut adultum virum crassitie superaret, incolæque illud pro Ebeno vendebant, ex foliorum vero forma adparuit Lolin esse. Circumjectum album lignum est solidum & glabrum instar Ebeni, unde & durabile quoque est.

Fructus maturi observantur mense Martio & subsequentibus pluviosis mensibus, quum lutei penitus, sponte decidunt, ac tam diu incorrupti manent, donec tandem nigri vel fumei sint coloris.

*Nomen.* Latine *Hebenaster*, quum æmulus sit veræ Ebeni, alii vero illum pro alba habent Ebeno, sed a memorata superius capite tertio differt. Malayenses Sumatram inhabitantes illam vocant *Gamomong*. Belgice *Bastaart Ebbenhout*, quod nomen ipsi melius respondet quam *Novellæ nigra* seu *Salimori* supra lib. 3. descriptæ. Ejus fructus Belgæ vocant *Meel-appels* seu poma farinacea, a farinacea ejus medulla, quam alii cum butyro farinæ mixto comparant. Amboinice *Lolin* dicitur, in Leytimora *Lorin*, & *Secur*. In Banda Malaice *Boa Djarong*, quæ ibi duplex observatur fructuum forma diversa, una nempe fructus gerit caseiformes instar Amboinensis, altera oblonga est, vel superius acuminata instar ovi Casuarini, uterque vero fructus aurantii est coloris. In insulis Uliasserensibus & Ceramæ parte australi arbor hæc *Abuelli* vocatur.

*Locus.* Raro in Amboina occurrit, atque hinc inde una alterave tantum in Hitoe regione & in Banda, frequens est in Cerama, ac præsertim in Bonoa, item Sumatra circa Jambyam.

*Usus.* Si hoc lignum in magna occurreret quantitate, elegantia ex illo opera scriniaria formari possent. Jam vero tantum in usu est apud Amboinenses ad subtiles postes trabesque ædium suarum, quem in finem potissimum juniores eligunt arbores vix virum crassas. Crassiores enim instrumentis suis debilioribus elaborare nequeunt, unde & arbores hæc plerumque suæ committuntur naturæ, nec cæduntur, atque in vastam ex crescunt crassitatem senescentes admodum.

een kuyltje of naveltje boven op, daar in een kort spitsje staat, by den steel ziet men een vyfbladig kroontje, digt tegen den appel leggende, gelyk aan de Mangoftaan, en waar mede by digt tegens de takken aanzit. Den onrypen appel is groen, met voorschreve wittigheidt bekleedt, de rype werd effen, glad, en door-geel, wat bleker dan de oranje-appels: Onder 't buitenste vliesken legt een doorn-geel smeerig merg, smets van smaak, en melig van substantie. In de midden van 't merg zyn gemeenlyk 7-8 zomtyds 8 en 9 korls als Amandelen, in fatzoen als nieren, of een quartier Maans, in de rondte tegens malkander geschikt: De korls hebben een ligt-peerze, dunne, dog zeer harde schale, die niet te doorbreken of te byten is, maar wel door te kappen; daar binnen legt een witte steenharde beest, zo aigt aan de scbaal leggende, dat men hem niet separeren kan, onsmakelyk zoet, gelyk de gedroogde pit van Calappus, of nog beter, gelyk de pit van de vrucht Nipa, want de half rype is ook ys-verwig, en door de midden in de lengte gaat een spleet.

Het buitenste bout des stams is wit, digt, en hard, fyn-dradig en swaar, ten naasten by als Ebbenhout; zomtyds is het gebeel wit van eenparige kleur, zomtyds met swarte adertjes en plekken bezet, zomtyds wat ros, en na 't ligt-peerze trekkende; want men heeft 2 soorten van dit bout. De eerste soort heeft een witagtig bout, het welk als gezegd, na den ligt-peerzen trekt, met een ligt-bruyn bert: De andere soort heeft een wit bout, maar in de midden een swart bert, in de jonge boomen maar drie en vier vingers breed; maar in de gebeel oude boomen, en diken stammen vind men het een been dik, en meer, in substantie niet veel van 't Ebbenhout verschillende. Dit swarte bert gaat niet a'ty door de midden des stams, nog is regt rond, maar bier en daar bogtig, boekig, en terzyden uitgaande, zomtyds kan men aan hetzelve ook tweederley cooleuren, en substantien zien: want het buytenste, als een schorsje, is regt swart, als Ebbenhout, en nabinnen toe is het graauwer, of bruinder en vozer: Als men den stam dwars doorzaagt, zo is het speculatief om te zien, dit swarte bert in de gedaante van een boekige of gevlamde plek in dat witte bout: Als den boom gebeel oud word, is het bert doorgaans zo swart, dat men het voor opegt Ebbenhout aanziet, dog by de kanten altyd ligter, en wat naar het groene trekkende.


Men heeft op de Noordkust van Ceram in de bogt van Hatuwe, dit bert zo dik gevonden als een volwassen man, en de Inlanders verkogen 't ook voor Ebbenhout, maar de bladeren toonende, bevond men dat het Lolin was: Het omleggende witte bout is zo glad en digt, als eenig Ebbenhout, en dierhalven durabel.

De vruchten vind men ryp in Maart, en de volgende regen-maanden, wanneer zy (volkommen geel geworden zynde) van zelfs afvallen, en zo lange onbedorven blyven leggen, tot datze ten laatsten swart of rookagtig werden.

Naam. In 't Latyn *Hebenaster*, om dat by een *Æmulus* of *nabootscher* van den regten Ebbenhout-boom is, andere bouden hem voor een *Ebenus Alba*, boewel by van den bovengenoemde Kapit. 3. verschilt. De Maleyers op Sumatra noemen hem *Gamomong*. Op 't Duitsch Bastaart Ebbenhout, welke naam hem billyker toekomt, dan de Novella Nigra of Salimoeri boven lib. 3. beschreven. De vruchten noemen de Hollanders *Meel-appels*, van het meelige merg, dat andere by booter met meel gemengt, vergelyken. Amboins Lolin, op Leytimor Lorin, en Secur. Bandaas Maleysts Boa Djarong, dewelke aldaar tweederley is van 't fatzoen der vruchten, de eene kaas-formig, als de Amboinsche, de andere is wat langwerpiger, of naar vooren spits, gelyk een Casuaris-Ey, beide oranje-geel. In de Uliassers, en op Cerams Zuydzyde wert deze boom genaamt Ahuellu.

Plaats. Men vindze weinig in Amboina, en bier en daar maar een op het Land van Hitoe, en in Banda, meer vind menze op Ceram, en inzonderheid op Bonoa: item op Sumatra omtrent Famby.

Gebruik. Zo dit bout in overvloed te vinden was, men zoude veel raar schrynwerk daar van kunnen maken. Nu gebruiken het slechts de Amboinezen tot dunne stylen en balken aan haare buizen, nemende daar toe meest jonge boomen, die nog geen man dik zyn: want de dikken konnenze met haare zoberre gereedschap niet bedwingen, dies de boomen ongemoeijt blyvende, tot een grooten ouderdom en dikte komen.





Viscosa fructus medulla edulis est tam cruda, quam sub cineribus tosta vel carbonibus inposita, sapore haud multum diversa a Musæ fructu, qui duriorem gerit carnem. Observantur autem hi fructus in uno loco delicatores esse quam in altero, in Brasilia sicut navi-gatores maxime extollunt poma farinacea in Brasilia crescentia, quæque juxta illorum relatum haud multum ab Indica & Bandensi Boa-Djarong essent diversa: In Amboina vero non magni æstimantur, nec multum eduntur, licet olim in Bonoa pagus erat parvus Sæ dictus, ubi potissimum ex hoc vivebant fructu incolla, inque tantis deliciis hunc habebant, ut pueris istos exhiberent fructus, quod alioquin cum Musæ fructibus sit, si non bene contenti sint, quæ vetusta, sed illis olim desiderata paupertas ipsiſſe fæpe hodie exprobratur.

*Gamomong* in Sumatra circa Jambyam crescens lignum gerit ex albo & nigro maculatum, cuius vero cor totum etiam nigricat, multumque expertitur ad manubria, aliaque minora opera ex illo formanda.

In Ceramæ parte australi circa Amaly hæc arbores multum etiam crescunt ultra pedem crassæ, externe rugosæ, quarum lignum exterius album est ad trium digitorum crassitatem, sed illarum cor plerumque fissum est, quod plerumque magis cinereum est quam circumiectum interius nigrum lignum, quod politum in obscure viridem tendit colorem, unde quidam non male hoc *Ebenum viride* vocant; ob fissuras illas solidâ opera ex hoc ligno fabricari nequeunt, sed in asperculos hinc secatur.

Arbor hæc Amalyensis minores gerit fructus quam Amboinenſis, paulo maiores Limone Nipis, rotundos penitus seu sphæricos, coloris aurantii pallidioris: Videtur autem mos legitimo cædendi modo hocce lignum non bene detectus fuisse, dum in truncis sesquipedem crassis cinereum istud cor itidem finditur, licet utræque ejus extremitates foliis aliisque ligatoriis rebus essent ovolutæ, ne per solem exsiccantur. Fructus, ut supra dictum fuit, sub cineribus tostus, ejusque mucosa caro comeſta diarrhæam fiftit.

### Tabula Sexta

Ramum exhibit *Hebenaster*.

Ubi Litt. A. Ejus fructum,  
B. Fructum dissectum,  
C. C. C. Officula seminalia denotant.

### OBSERVATIO.

Hæc arbor nomine *Lolin* a Valent. pag. 223. & in Tab. sub No. LXIV. exhibetur.

Het smerige merg van de vrucht kan men ook eeten zo rauw, als in heete affe of op koolen gebraden, in smaak niet veel wykende de *Pieffang*, die wat hard van vleesch is: Dog het schynt dat ze op de eene plaats veel smakelyker zyn, dan op de andere, immers de Brasiliëvaarders roemen zeer van haare Meel-appels in Brasilië waffende, en die, na haer luiden verhaal, niet veel van de Oost-Indische, en der Bandanezen haer Boa Djarong zouden verfchillen. In Amboina werdenze niet veel geacht nog gegeten, hoewel 'er eertyds op Bonoa, een Negorytje was, Sæ genaamt, daar ze meest van deze vruchten leefden, en zodanige lekkernyen daar van maakten, dat ze haer kinders daar mede paayen, gelyk men anders met Pieffang doet, welke oude, dog voor haer luiden gewenchte armoede, haer tot nog toe verweten werd.

*Het Gamomong*, op Sumatra omtrent Jambya waffen-de, heeft een bout met zwart en wit geplekt, dog in de midden gebeel zwart, en werd veel gezogt, om stelen en ander klein werk daar van te maken.

Op Cerams zuyd-zyde, omtrent Amaly, vindmen ze ook veel ruym een voet dik, boekig, en ruig van buiten, bebbende een wit spint van 3 vingers breed, maar zyn meest hert-scheurig, en het hert is grauwer, dan het omleggende zwarte bout, het welk gepolyft zynde, na het donker-groene trekt, waarom het zommige niet qualyk groen Ebbenhout noemen: wegens de voornoemde scheuren kan men geen massief werk daar van maaken, maar moet het tot plankjes zagen.

Dit Amaly heeft kleender vruchten dan het Amboinze, wat grooter als een Lemoen Nipis, regt rond, en ligt oranjegeel: Het schynt dat men de regte manier van dit bout te kappen, nog niet weet, dewyl in de stammen van 1½ voet dik het grauwe hert nog al hertscheurig bevonden werd; hoewel men de beide eynden met bladeren en ruigte bewonden badde, op dat ze de Sonne niet raaken zoude: De vrucht, als boven gezegd, onder de affe gebraden, en 't smerige merg daar uit gegeten, stopt de buikloop.

### De zesde Plaat

Vertoont een Tak van de *Hebenaster*, ofte wilde Ebbenboom.

Alwaar Lett. A. desselfs vrucht,  
B. De opgesneene vrucht,  
C. C. C. De Zaadkorrels aanwyzen.

### AANMERKING.

Deze boom komt by Valent. op pag. 223. voor, onder de naam van *Lolin-Boom*, en op de Plaat onder No. LXIV. beschreven.

